Sit omnibus notum quod nos Maria uxor quondam Petri Alamanni Flasaderii Gerunde et Nicholaa eorundem coniugum filia necnon heres dicti patris mei quondam cum [illegible]
confecto undecimo kalendas Novembris anno Domini millesimo CCC° tricesimo octavo in posse Raymundi Viadery notarii subscripti. Gratis et ex certa scientia [illegible]
omnes nostros presentes atque futuros vendimus vobis Petro de Hospitali clerico Sancti Petri de Galligantu Gerunde nomine proprio et vestro nomine [illegible]
tris et quibus volueritis perpetuo quandam peciam terre cum trilia que in ea est quam habemus et tenemus in parrochia et prope monasterium [illegible]
Gerunde. Et tenetur quo ad directum dominium per capellanum dicti monasterii. Et affrontat ab oriente in carraria publica et in honore mansi [illegible]
vide in trilia dicti monasterii Sancti Danielis et in carraria publica, ab occidente in torrente et a circio in honore mansi de Cumba vallis Sancti Danielis [illegible]
di autem vendicione vobis et vestris et quibus volueritis perpetuo facimus de pecia terre superius inclusa et terminata cum trilia arboribus fructiferis et [illegible]
ctiferis et aliis in se habentibus et sibi pertinentibus et pertinere debentibus et cum introitibus exitibus pertinentibus parietibus et tenedonibus suis et cum
omnibus melioramentis et augmentis ibi et inde factis et de cetero faciendis prout melius ad vestrum vestrorumque bonum et sanum intellectum possit intelligi atque dici precio
videlicet undecim librarum barchinonensium de terno quas inde nos a vobis confitemur habuisse et recepisse convertendas in persolvendis debitis que dictus Petrus Alamanni
quondam debebat tempore sue mortis suis diversis creditoribus. Renunciando excepcioni peccunie non numerate et non recepte et doli. Et si forte plus inde habere
deberemus totum illud plus vobis et vestris damus et remittimus donacione remissione irrevocabili inter vivos. Renunciando ad hec illi legi qua deceptis ultra
dimidiam iusti precii subvenitur et excepcioni doli et metus et accioni in factum et sine causa et restitucioni in integrum et omni alii iuri contra hec veniendi.
Cedendo et dando vobis et vestris omnia iura loca voces raciones et actiones reales et personales et quascumque alias sibi et inde nobis competentes et compe
tere debentes. Quibus possitis vos et vestri uti agere deffendere et experiri in iudicio et extra ubicumque contra quascumque personas et bona prout nos
facere possemus ante confeccionem huiusmodi instrumenti. Faciendo inde vos verum dominum et procuratorem in rem vestram propriam. Constituendo nos nichilominus
predicta que vobis vendimus vestro nomine possidere vel quasi donec eorum corporalem et naturalem acceperitis possessionem quam liceat vobis quando volueritis accipere et deinde
vobis et vestris perpetuo retinere ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde faciendas. Salvo iure iamdicti capellani monasterii antedicti in omnibus suis laudismiis
foriscapiis et iuribus aliis et inde provenientibus et provenire debentibus que ad directum dominium pertinent nostris. Cui eciam dabitis vos et vestri
de explectis et inde provenientibus fideliter decimam et primiciam. Et etiam annuatim de censu in festo Natalis Domini pro omnibus censibus et agrariis
sexdecim denarios barchinonenses de terno. Et sic per nos et nostros promittimus hanc vendicionem et omnia et singula supradicta rata et firma habere tenere et ser
vare et predicta que vobis vendimus nos et nostros semper facere habere tenere et etiam deffendere in pace contra cunctas personas et inde vobis et vestris
firmiter teneri de evictione et omni dampno et interesse litis et extra. Ita quod si per quamcumque personam cuiuscumque existat condicionis fiet movebitur seu intemp
tabitur vobis vel vestris questio peticio seu demanda in predictis incontinenti promittimus nos ante vos et vestros ponere et in nos suscipere et ducere
omnes questiones que pro inde fient qualitercumque. Vel si vos vel vestri volueritis possitis ipsas questiones prosequi et tractare. Nos enim promittimus vobis et
vestris integriter restituere omnes missiones dampna et interesse que vel quas vos vel vestri pro predictis feceritis seu sustinueritis qualitercumque modo una cum
toto eo quod inde a vobis vel vestris obtentum fuerit seu evictum et hoc tam obtinendo in litibus quam etiam succumbendo. Remittentes vobis et vestris super pre
dictis pacto expresso hanc denunciandi et appellandi necessitatem. Et pro predictis attendendis obligamus vobis et vestris utraque nostrum in solidum nos et omnia
bona nostra habita et habenda ubique. Renunciantes scienter novarum constitucionum beneficio et omni legum auxilio. Et etiam de iure nostro plene certiorate renun
ciamus specialiter super hiis beneficio senatus consulti Velleyani. Iurantes insuper sponte per Deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a nobis
tacta predicta vendicione et omnia et singula supradicta semper grata et firma habere tenere et servare attendere et complere et numquam in aliquo contra
venire aliqua racione iure vel modo. Actum est hoc undecimo kalendas Novembris anno Domini millesimo CCC° tricesimo nono. Signum Marie. Signum
Nicholaie eius filie predictarum que hec firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt Petrus Aymonis et Petrus de Solerio de Gerunda.

Ego Petrus de Miars capellanus predictus salvo iure dicte capellanie huiusmodi firmo et laudo et bayulo.

Signum Raymundi Viadery notarii publici substituti auctoritate regia a Berengario de Cruylles publico Gerunde notario, qui hoc scribi fecit et clausit.

Sit omnibus notum quod nos Maria uxor Petri Alamanni quondam Flasaderii Gerunde et Nicholaa eorundem coniugum filia confitemur et recognoscimus vobis Petro de Hospitali
clerico Sancti Petri de Galligantu Gerunde quod solvistis nobis et nos a vobis habuimus et recepimus illas undecim libras barchinonenses de terno quas nobis dare et solvere
promisistis et debebatis pro precio illius perpetualis vendicionis quam vobis fecimus de quadam pecia terre cum trilia que in ea est quam habebamus et tenebamus in par
rochia et prope monasterium Sancti Danielis Gerunde. Et affrontat ab oriente in carraria et in honore mansi de Cumba et ab occidente in torrente prout
hec et alia latius continentur in instrumento quod vobis fecimus de vendicione predicta undecimo kalendas Novembris anno presenti in posse subscripti notarii. Unde re
nunciando excepcioni peccunie non numerate et non recepte et doli de dictis undecim libris vobis ut promittitur persolutis facimus vobis et vestris et bonis vestris
absolucionem ac bonum et perpetuum finem et pactum de ulterius non petendo prout melius ad vestrum vestrorumque bonum et sanum intellectum possit intelligi atque
dici. Actum est hoc decimo kalendas Novembris anno Domini millesimo CCC° tricesimo nono. Signum Marie. Signum Nicholaie eius filie pre
dictarum que hec firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt Guillelmus Regis Franciscus Textoris et Paulus Motaneri de Gerunda.

Signum Raymundi Viadery notarii publici substituti auctoritate regia a Berengario de Cruylles publico Gerunde notario, qui hoc scribi fecit et clausit.

Parroquia de S. Daniel.

1) 22-10-1339
2) 25-10-1339

Vp. J.

T. 450 x 322

Venda de una peça de terra ... a ... nat ... qui fonch ... del ... Parr. de S. Daniel ... Espluga ... de ... (?)

Nº 731

[illegible]

759

760